circumcursare adhuc desinit, hinc inde quaerens,
quibus virus illud maledicentiae sceleratae in-
stillet, & veluti scabiem Illyricam affricet.

At qui has Philippi pagellas legent, animis
nullius praeiudicij iniquitate grauatis, aut ve-
neno illo maledicentiae Illyricae non imbutis,
Fatebuntur haud grauatim, nullo etiam monente
nihil illis calumnijs & criminationibus fuisse vanius, impudentius
aut sceleratius, Ipsum etiam Flacium ita ut
meretur, haud dubie execrabuntur, & vere κάθαρμα
harum Ecclesiarum illum fuisse videbunt ac pro-
nunciabunt, qui et mendacijs & calumnijs
impudentissimis initium fecit belli in his
Ecclesijs civilis, & praeter iniuriam, quam sanctae
animae Philippi tum fecit, praeter quotidiana damna
ac detrimenta, quae omnibus his Ecclesijs
intulit, ac dedit grauissima, & plane irrepa-
rabilia, & adhuc serit semina furorum teter-
rimorum ex quibus diffidia & odia implacabilia
inter suos etiam complures existunt, non desiturum
ac conquieturum prius, quam in suis ceu cineri-
bus & ruderibus, una cum religione, pietate
cultuque diuino omni, collapsam, euersam & veluti
sepultam se misera videat Germania, omnisque